



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

LXXIV. Parænesis ad frequens orandi studium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

*ex fl
orum
avit:
yoni-
Litte-
ondi-
pruni-
el di-
isque
erdo-
abuit
li no-
cinci-
Pau-
adeo
trina
rtute
lius,
Greg.
Di-
s et-
pro-
Ij.
late
ani-
stus
iussi-
Dei
pri-
ous,
qui-
De-
leo
an-
udi-
he-*

Prophetam ex persona Dei dicentem: *Qui educit pre-
ciosum à vili, quasi os meum erit. Quid hoc est? Qui
ab errore ad veritatem, ait, manduxerit, vel à peccato
ad virtutem proximum induxerit pro virili humano
me imitatur.*

SECUNDÒ, Angelorum patrocinium hoc officio magis demetemur, cum nos socios ipsis adjungimus in procuranda hominum salute. *Omnès enim, teste Apostolo, sunt administratorii spiritus in Heb. I. 14.* ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt *Vide Chry-
salutis. Hinc sequitur nos Angelico prorsus mu- soft. in epist.
nere fungi, cum aliorum saluti curandæ invigi- ad Hebr.
lamus. *Hom. 5.**

TERTIÒ, Huius virtutis beneficio gentilium facta est conversio in toto orbe terrarum.

QUARTÒ, Ignis huius zeli exurit omnia peccata nostra, eorumque fontem exsiccat: pravas enim cupiditates consumit.

In EPILOGO monendi Auditores, ut tantum studii & laboris in zelo exercendo impendant quantum suggerunt gratiæ divinæ vires, quas ipsis Deus subministrabit; & si fructus conatui non respondeat, atque etiam ludibrio aliorum zelus ipsis excipiatur, non idcirco putent se meriti sui iacturam fecisse, sed memor sint zelum esse actum charitatis quæ omnia suffert. *Vnde S. Au-*
gustin. c. 3. Joan. Quis comeditur zelo domus Dei? Matth. 10.
qui omnia quæ ibi videt fortè perversa, satagit emen- Ps. 68. 10.
dare, cupit corrigere, non quiescit: si emendare non po- Psa. 118. 139.
*test tolerat, gemit. Non excutit de area granum, su-
stinet paleam, viintret in horreum cum palea fuerit
separata.*

LXXIV. PARÆNESIS AD FRE- quens orandi studium.

EXORDIUM à tempore. Cùm consuetudine in-
stitutoque majorum ita comparatum sit, ue-
per

per hosce dies ad religiosissima urbis loca piæ supplicationes fiant & processiones, te nihil ab officio tuo alienum facturum, si quanta assidua precatio-
nis dignitas, necessitas, utilitas, & jucunditas sit,
brevi oratione complectaris.

Exod. 34. v. CONFIRMAT. I. Locus ab excellentia & dignitate Orationis, quam multa in S. litteris produnt.
30. 2.Cor. 2. v.1. PRIMÒ, quod Moysis vultus ex colloquio cum
Exo. 32. Deo habito ita radiis sit collustratus, ut populus
Dimitte me, &c. Istraeliticus non potuerit oculos in illum intende.
Ps. 105. v. 25 re : & quod precibus suis Dominum quasi coegerit ad condonandam noxam eidem populo, qua de causa & Hieremiæ (c. 7. v. 16.) vetuit ne oraret.
SECUNDÒ, Oratio in Psalmis confertur cum Sacrificio, *Psalm. 140. v. 2. TERTIÒ*, non semel indicat Scriptura Angelorum ministerium in hoc maxime excubare, ut præces nostras deferant in cœlum. (*Tob. 12. v. 12. Act. 19. v. 10. Luc. 22. Act. 12. v. 7. S. Chrysost. docet lib. 1. de Orat.* etiam ipsos Angelos animam illam honorare, quam cetero tam familiariter, & celebrò ad colloquium Divinæ Majestatis admitti,

II. à necessitate, quam sæpe nobis inculcat Scriptura *Syr. 18. v. 22. Non impediaris orare semper, &c.* *Matt. 7. v. 7. Petite, & dabitur vobis, &c.* *Luc. 18. v. 1. Oportet semper orare, & non desicere.* ad Thes. 5. v. 16. *Sine intermissione orate.* S. Chrysost. lib. 2. de orando Deum: Si quis dicat, ait: anima nervos esse deprecationem, mea quidem sententia verum dixerit: quemadmodum enim corpus nervis coharet, currit, vivit, stat, & compactum est, adeò ut si nervos incideris, universam corporis harmoniam dissolveris: itidem anima per sanctas preces sibi constant & conpinguntur, ac pietatis cursum facile peragunt. Quod si te ipsum destitueris precatio-
ne, perinde feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris: ut enim pisci vita est aqua, ita tibi deprecatio. Per hanc da-
tur velut ex aquis sub volare, cœlumq; transcendere.

III. n

DE STUDIO ORANDI. 253

III. à multiplice fructu, quorum PRIMUS est,
quod à Deo impetrat remissionem peccatorum.
Luc.18. Publicanus orans & dicens: Deus propitius
esto mihi peccatori, descendit in domum suam justi-
ficatus.

SECUNDUS, Quod dæmonem repellat eiusque
tentationes, imo etiam valeat ad vincendos hostes
visibiles, homines, & alia mala avertenda.

TERTIUS, Quod justus mereatur incremen-
tum virtutis, & ipsam vitam æternam. Chrysost.
lib.1.de modo orandi Deum: Si qui cum Cesare mi-
scant sermones, familiariterq; cum eo versantur, non
possunt esse pauperes: multo minus fieri potest, ut qui
Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes,
animas habeant mortales. Nam in oris anima est im-
pietas, ac vita pugnans cum lege Divina. Ex quo
consequitur, animam vitam esse Dei cultum, ac
vitam eo cultu dignam: porrò vitam piam ac Dei
cultu dignam miris modis oratio conciliat, con-
ciliatam auger, ac Thesaurum animis nostris re-
condit.

QUARTUS, Valet ad satisfaciendum pro pœnis
peccato debitum. Hinc David tot Psalmis compo-
situm peccata sua deflevit, ut Deo satisfaceat:

QUINTUS, Impetrat omnia subsidia ad vitam
tam corporalem, quam spiritualem necessaria;
imò crebrè plura impetrat, quam petantur. Nam
(reste Chrysostomo) sicut homo in rebus corpo-
ralibus nascitur nudus, & egens rebus omnibus,
sed habet manus, per quas reliqua instrumenta, &c
quidquid humanae virtus necessarium est, facilè pa-
rat: sic etiam in vita spirituali nihil omnino potest
fines ope divina non solum operari, sed nec loqui,
nec cogitare, sed oratione, si ea bene utatur, omnia
potest obtinere.

SEXTUS, Oratio frequens mentem illustrat.

SEPTIMUS, spem & fiduciam alit.

OCTA-

OCTAVUS, Charitatem inflammat, & mentem ad majora dona capaciorem reddit.

NONUS, Humilitatem auget, & castum timorem.

DECIMUS, Gignit in animo orantis contemptum rerum omnium temporalium.

IV. ab incredibili, quam parit, delectatione. Per eam enim fit, ut intipiat homo gustare, quam suavis sit Dominus. Hiuc videmus nonnullos sine labore non solum pernoctare, sed etiam dies integros cum integris noctibus in oratione conjungere.

EPILOGUS adhortabitur auditores ad continuum precandi studium.

LXXV. ENCOMIVM SPEI.

EXORDIUM sumes à duobus vitiis, quæ hinc in despem, tanquam scopuli & præcipitia ambiunt, desperatione & præsumptione. Illo enim sic obtuetur homo vel gravitatem, vel multitudinem criminum suorum, vel utrumque, ut sibi tandem persuadeat, animumque obfimeret, fieri non posse, ut Deus ignoscat: hoc verò vel viribus arbitrii sui defert omnia, ut neque Dei gratiam, neque doctrinam, neque ulla præsidia requirat, quasi suo marte ad vitam æternam, citra auxilium Dei possit pervenire, vel in mediis licet flagitiis sine pœnitentia positus, vitam tamen sibi æternam pollicetur.

PROPOSITIO: Cùm igitur Sectarii nostri temporis multos ex portu spei in hosce duos scopulos impellant, te Auditoribus spei dignitatem, necessitatem, & commoda in memoriam revocaturum.

CONFIRMAT. I. Locus ab excellentia virtutu Spei, quæ inde licet, quod versetur circa nobilissimum objectum, vitam æternam, tam nobilem & sublimem, ut teste Apostolo, qui in tertium cœlum

Cor. 2. v. 9. ascenderat, tale quid nec oculus viderit, nec auris audi- dierit,